Quelle:
Copyright:



-451-
131. [C. 9.]

Codex chart. saec. XV. Fol. 1—350 recenti manu signat. In folio primo legimus: »Istum librum donavit nostro monasterio Mellicensi ordinis s. Benedicti Pataviensis diecesis venerabilis dominus et egregius decretorum doctor, magister Johannes Aichelperger, ecclesie Pataviensis officialis anno domini 1473, quo anno idem venerabilis vir in domino defunctus est. Presentatur liber iste nostro Mellicensi conventui in Austria die sancti Laurentii martyris 1474.« Codex ille binis lineis scriptus est. In Folio.

In hoc volumine continetur:

Secunda pars Summae Alvari de planctu ecclesiae, scilicet a quadragesima et quarto articulo inclusive usque ad finem. Opus incip.: *Expeditis crimininibus majorum et magis scientiarum membrorum ecclesie ad membra debilia descendamus.* Explic.: *Regnante domino nostro Jesu Christo et spiritu sancto benedicto, glorificato in secula seculorum. Amen.* (Per totum codicem.)

Quinque folia non signata scriptura vacant.

-525-
132. [C. 10.]

Codex chart. saec. XV. Fol. 1—~~247~~ 274 manu coaevi signat. septem folia recenti manu, sex non signata sunt, praeterea nonnulla folia scriptura vacantia inveniuntur. In fine est unum folium membraneum cum fragmentis decretalium. Primum et secundum folium continent indicem primae partis huius codicis, duabus columnis scriptus est. In Folio.

1. f. 1—248. Sermones seu (rubr.) collationes capitulares de tempore et quibusdam festivitatibus. Incip.: *Prima dominica adventus domini. Dominus ipse veniet et salvabit nos. Isaie 39. Quia tempus jam exigit.* Explic.: *Hec enim docuit nos filius tuus. In illa sacra sua oratione petere. Hec nunc per crucem suam petimus obtinere ad laudem et gloriam sui sanctissimi nominis, cui cum patre et spiritu sancto omnis sit honor et gloria, gratiarum actio, Deus et imperium per infinita seculorum secula. Amen.*

Autores horum sermonum incerti sunt, sed ad saec. XV pertinere videntur; unus ex his in indice magister Johannes Geiss nominatur.